



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

94 Sublevita vices Papæ gestare valebit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

militatis ac patientiae haberemus exemplum. Docuit enim sacerdotes veros legitimè, & plenè honorari, dum circa falsos sacerdotes ipse talis exiit. *a* Meminisse autem Diaconi debent, quoniam Apostolos, id est, Episcopos & prepositos *b* Dominis elegit: Diaconos autem post alescum Dominum in oculis Apostoli sibi constituerunt, Episcopatus sui, & ecclesie ministros. Quòd si nos aliquid audire conta Deum possumus, qui Episcopos facit, possunt & contra nos audere Diaconi, à quibus sunt.

c ps. Hoc autem, quod de Diaconiorum minoritate dicitur, ubi quis forsanum est, nisi cum locum Diaconi habuerit aut propriis Patriarche, aut sua Metropolitani.

C. XXVI. *d* Diaconus sacerdotibus non preser-
vatur, nisi locum Metropolitani
obtineat.

Unde in sexta synodo, c. 7, legitur.

P racipimus & ne Diaconus (quamvis etiam in dignitate, hoc est, in officio quolibet ecclesiastico sit) ante Presbyterum sedeat: nisi cum locum habuerit proprii Patriarcha, aut Metropolitani sui pro aliquo capitulo. Tunc enim sicut illius locum tenens honorabitur. Si quis vero prefumperit hoc tyranicè facere, à proprio gradu repulsa ultimus omnium fiat in ordine suo.

e ps. **DISTINCTIO XCIV.**
Sub diacono etiam summus Patriarcha vice suas com-
mittere valeret.

C. I. *f* Etiam subdiaconi vices suas Aposto-
lica committit ecclesia.

Unde i Gregorius ad Episcopos Siciliæ libri primo,
epistola prima ait.

V idelicet à necessarium esse perspicimus, ut sicut præ-
decesterum nostrorum fuit judicium, ita uni, eidem
quæ persona omnia committamus, ut ubi nos præsen-
tes esse non possumus, nostra per eum, cui præcipimus,
representemus auctoritas. Quamobrem Petro Subdiaconi
no sedis nostra, intra provinciam Siciliæ vices nostras,
Deo auxiliante, commisimus. Nec enim de ejus actibus
dubitare possumus, cui Deo auxiliante totum nostram ec-
clesiam noſcimur patrocinium & commisimus.

i ps. *¶* Gregorius. *j* Restituta est in scripto ex Polycarpo. Nam
antea legebatur, Symmachus Papa.

2 ps. Legatum vero Apostolica sedis quicunque impeditur,
sive ad satisfacionem excommunicetur.

C. II. *k* Excommunicetur qui legatum sedis A-
postolica impidebit tentaverit.

Unde Alexander Papa I. epist. 2. omnibus
Episcopis.

Si quis autem legationem i impedire, non unius sed
multorum profectum avertit. *b* Et sicut multis no-
cer, ita multi arguendus est, & bonorum societate
privandus: Et quia Dei cauam impedit, & statim con-
turbat ecclesias; ideo ab ejus liminibus areatur. Ab
omnibus itaque i talis est cavendum, & non in communione fidelium, utique ad satisfacionem recipiendus.

i ps. *¶* Legationem *c* In episcopis ipsa, concilio Triburienſi, &
pud Burchardum addidit, vestram. Ea enim legatio videtur fe-
gnificari, que Apostolos & Episcopo pro Christo fungi docuit be-
atus Paulus. Corint. c. 5.

3 ps. Archidiaconus vero, quamvis ex officio suo clericorum
vitam diligenter examinatione debeat inquirere, & que corrigenda
venient, Episcopo munitare, ramen dominationem super eos exercere
& confirmare ab eis exigere probabitur.

a al. existit. *b* al. Presbyteros. *c* Ivo p. 6. c. 12. *d* Po-
lyc. lib. 14. Anf. I. c. 26. *e* al. parvum. *f* Conc. Tribu-
rienſe, c. 9. g Burch. l. 15. c. 37. *h* al. exerit. *i* al. arcen-
dus. *k* al. quoque.

C. III. *g* Archidiaconi super Presbyteros juris
dictiōnēm non exercēantur.

Unde in Cabilonensi concilio, c. 13, legitur.

Dictum *a* est, quod in plerisque locis Archidiaconi
super Presbyteros Parochianos quod adam exercēnt
dominationem, & ab eis censum exigunt. Quod magis
ad tyrannidem, quam ad rectitudinis pertinet ordinem.
¶ Si enim iuxta Apostoli *b* sententiam, Episcopi non de-
bent esse dominantes in clero, sed forma facti gregis
ex animo; multò minus facere isti hoc debent, sed con-
tentis sint regularibus disciplinis, & teneant propriam
mensuram: *c* quod ab Episcopis eis injungitur, hoc per
Parochias suas exercere studeant, nil per cupiditatem &
avaritiam praefumentes.

DISTINCTIO XCV.

Quod autem sacerdotes supra iubentur Episcopis tan-
quam subditis obediere, non ita intelligendum est,
quasi non licet eis, praesertim Episcopis sacra my-
stera celebrare (sicut Episcopali supercilios quidam ab his volebant
Presbyteros prohibere:) sed quia Presbyteri Pontificibus tanquam
filii parentibus debent obediere. Baptizans etiam Christmate ei tan-
gere conceditur.

C. I. *d* Ubi Episcopi desunt, baptizatos in fronti-
bus Presbyteri christinare tangant.

Unde *e* Gregorius scribit Lanuario Episcopo Ca-
rthagino, lib. 3. epist. 26. indit. 12.

PErvenir e quoque ad nos, quosdam scandalizatos
fuisse, quod Presbyteros christinare tangere in fronte
eos, qui baptizati dunt, prohibuimus. Et nos qui-
dem secundum usum veterem ecclesie nostre fecimus.
Sed si omnino hac de re aliqui contristantur, ubi Epis-
copi desunt, ut Presbyteri etiam in frontibus baptiza-
tos christinare tangere debeat, concedimus.

Supra Leo Episcopus contra [Quoniam Choropiscopis, &c.]

C. II. *f* Ultravix modum Presbyteri tendere
non presumant.

Item Gelasius Papa Episcopus per Lucaniam, &c.
epist. 1. c. 8.

Presbyteros ultra suum modum tendere prohibe-
mus, nec Episcopali fastigio debita sibimet auda-
cter affluer, non conficiendi christinatis, non confi-
gurationis pontificalis adhibenda sibimet atripere facul-
tatem.

Sed istud Gregorii pro scandalo sedando semel concessum legi-
tur. Illud autem Leonis Papa & Gelasii, usi approbante, prava-
bant, nisi forte ubi aliquorum consuetudo hoc admisit, ut in ab-
senti. Episcopi, extrema necessitate cogente, ex concessione Grego-
rii, Presbyteri baptizatos in frontem iubant. ¶ Prohibitio vero Leonis
& Gelasii in eo casu intelligatur, cum Episcopi presentes
sunt, vel cum non cogit ultima necessitas. Oleo vero sanctificato
permittitur ei ungere infirmos. Unde Iacobus 5. ait [infir-
mar quis in vobis? inducat Presbyteros ecclesia, qui vident super
eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salutis
infirmitatem.]

2 pars. *¶* Sed queritur, an Episcopis licet eodem oleo ungu-
re infirmos: vel si impudentibus in iustis modis unctio fit conce-
denda.

C. III. *g* Oleo sanctificato non prohibetur Epis-
copi infirmos tangere.

De his vero ita scribit Innocentius Papa ad Decentium Eugu-
biuum Episcopum, epist. 1. c. 11.

Llud g superfium videamus adiectum, ut de Episcopo
ambigatur, quod Presbyteris licere non dubium est.

a Ivo p. 6. c. 12. *b* i. Petri. *c* De confit. diff. 4. presby-
teri baptizatos. *d* baptizandi] orig. Polyc. lib. 3. tit. 10. Mag. 4.
senten. diff. 7. cap. 1. *e* baptizandi. *f* orig. f. Iac. 5.
g. Alcimus de divinis officiis. pag. 94. Conc. V. Vormaciensis. c. 72.
Ivo par. 2. c. 75.